

Parsimonia est virtus, quae res proprias custodit et vtiliter collocat, vitat sumptus non necessarios et tamen vbi ratio iubet expendit quantum conuenit. Gratitude est virtus mixta. Constat enim partim ex veritate, quae profitetur, quae et quanta beneficia acceperit, partim ex iusticia, quae studet reddere aequalitatem pro facultate suo benefactori.

Quae peccata prohibentur in septimo praecepto? 5

Non tantum manifesta furta et rapinae, fraudes et imposturae in contractibus, sed etiam auaritia, cupiditas in-[33:]iusti lucri, item profusiones et sumptus non necessarij, tenacitas in communicandis bonis, ingratitude erga bene meritos.

Dic octauum^o praeceptum.^p 10

Non loqueris falsum testimonium contra proximum tuum.⁵¹

Quid nominatur „falsum testimonium“?

Falsum testimonium est oratio, qua aliter loquimur, quam habet veritas, et quam nos nouimus et sentimus, idque in proximi nostri damnum ac perniciem. 15

Quas virtutes praecipit octauum praeceptum?

Octauum praecepti virtutes sunt: veritas, candor, docilitas, recta appetitio gloriae, modestia. Est et vicina virtus verecundia seu pudor, qui cum omnes homines tum in primis aetatem puerilem decet.

[34:] Veritas est virtus, quae inclinat voluntatem, vt veras sententias amemus, vera constantiter dicamus et tueamur et in gestu ac omni vita vitemus simulationes et occultationes. 20

^o VIII.: D, E, F, G.

^p Holzschnitt: Susanna wird von den beiden Alten verklagt (ZusDan 1,34–44): B.

⁵¹ Vgl. Ex 20,16; Dtn 5,20.